


SIMVLACHRVM REGV
LAB PTOLEMAEI.



Vfus huius Regulæ.

Applica regulam in obseruationibus sicut constituat Triangulos formales isosceles, ita quòd semper numerus per punctum D abscisus, in regula CE, indicet magnitudinem chordæ subtensæ arcui inter polum horizontis & stellam, seu Solem intercepto. Medietas autem huius numeri in tabula Sinuum semper indicabit medietatem ipsius arcus, ita, ut repertus graduum numerus duplicandus sit. Sed quoniam hæc regula minime capax est omnium numerorum, cum linea eius CE in tot minutissimas portiunculas diuidenda esset, sic hic in tali figuracione longior regula diuisa est in 141421 partes æquales, secundum exigentiam tabulæ Sinuum habentis maximum Sinum 100000 partium, eam etiam ob rem quælibet pars comprehensa inter duos numeros, 100 continebit, nam 10 in 10 ducti, faciunt 100, sicut clarebit in hac adiecta figura, ubi A litera præcisæ 58400 repræsentat, B 58100, C 58200, D 58300, E 58400, G 58500. Si nunc AD pars regulæ, cui pinnacidia duo infixæ sunt, cum acumine suo D, ceciderit in punctum F, qui punctus nõ est medietas unius diuisionis ultra E, scilicet intra E & G, hoc est inter duas diuisas partes, quæ denotant hos numeros, scilicet 58400, & 58500. quæ punctum F sic tactum, iuxta coniecturam diuisionũ accipio pro 34, uel propè talium partium ultra E hoc est, ultra 58400, qualium 100 ab E in G numerantur, & sic sit numerus debitus ipsi F puncto per D acumen alterius regulæ supernæ incumbentis designato, 58434. Huius uide figuram.

28 iij

Numerus